



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

Cap. 1. quid sit Vsura, quove iure prohibita fuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

DIDACI COVARRUVIAS
A LEYVA TOLETANI, VARIA-
RVM EX IVRE PONTIFICO,
REGIO, ET CÆSAREO
RESOLUTIONVM.
LIBER TERTIVS,

CAPVT I.

Quid sit vsura, quoque iure
prohibita fuerit.

SYMMARIA

- 1 *vsura definitio late discutitur, & num. 2.*
- 2 *Ad haresim, an sit necessarium eius assertorem Christi fidem sacro baptis-
mate suscepisse.*
- 3 *Fructus pignoris sibi precipuus habens an vsurarius, & inibi de Marito fru-
ctus dotis percipiente item de vidua fructus dotis nondum restituta acci-
piente. Traditur ample intellectus capit. saluiter de vsuris.*
- 4 *Intellectus c. conquestus, de vsur. c. 1. de feudis, & an fructus feudali domino
directo oppignorati pro interest capi possint.*
- 5 *vsuram iure naturali, & diuino prohibitam esse ostenditur.*
- 6 *vsura à iure civili Cesarum prohibita non est, tamen si Regia lege sit impro-
bata.*
- 7 *An licuerit unquam Iudeis vsuras exerceere erga alienigenas.*
- 8 *vsura licita non est etiam dispensatione, & privilegio Romani ponti-
ficis.*
- 9 *vsura an sit licita ex testatoris voluntate, & inibi traditur interpretatio
sex. in l. 3. vlt. ff. de annis legatis.*



VI de vsurarum crimine ex professo
hactenus tractauere, ab vsura defini-
tione, vt par est à rei cognitione, negoti-
um ipsum auspicantur, varias hac in
re obseruantes opiniones, quarum ali-
quot ipse breuiter attingam. Ioan. And.
etenim in *regul. peccatum colum. 2. de reg. iur.*
m. 6. Innocen. Cardin. Abb. & Anani. in
rubric. de vsur. numero 3. Salic. in rubric. ead. c. & Carol. Molin. in
tract. de contractib. numer. 6. in hoc conuenire mihi videntur,
quod vsuram ¹ definiunt esse quicquid forti accedit ex pacto,
vel spe precedenti. text. ad id opt. in *cap. vltim. 14. qu. 3. c. 2.*
Agathensi concilio. Vere tamen hi Doctores peccatum,
& crimen vsuræ, de quo agimus, non definiunt: sed potius
rem ipsam ex eo crimine partam nempe pretium, aut estimati-
onem pecunie vsus. Est etenim vsura pecunie vsus.
& item ipsius pretium: id vero ad criminis definitionem
non pertinet. Nec esset congrua definitio, si quis *Furtum*
esse responderit, rem alienam domino inuito contrecta-
tam: si quidem potius definitur res ipsa furto acquisita, ma-
teria ac subiectum criminis, quam ipsum crimen. & ideo
hæc Laurent. à Rodolphis in *tractat. de vsuris qu. 1. p. 1.* præmissam
Doct. definitionem probauerit, mihi non placet, quæ existimo,
aliud esse materiam ipsam criminis, aliud crimen ip-
sum, sic equidem differt res ipsa quæ criminis materia est,
ab ipso crimine, etiam si Hispani vulgo furtum appellemus
rem ipsam à domino inuito ablatam, quo fit, vt sapissime
oporteat in his, quæ ad scelus cognitionem pertinent,
ipsum crimen ab eo, ex quo crimen fit, & perficitur, om-
nino distinguere, Hinc profecto, ni fallor, dirimi poterit ea
controuersia, quæ passim discutitur, sitne necessarium, vt
aliqua propositio hæresis dicatur, eius assertorem Christianum,
& catholicæ fidei possessorem baptismi lavacro fuisse.
² Quidam enim opinantur hæresim esse errorem intellectu-
sus catholicæ fidei manifeste contrarium ab homine Christi-
ano pertinaciter assertum, atque ideo existimant, non

aliter errorem catholicæ fidei manifeste contrarium, dici
posse hæresim, quam si ab eo, qui Christianam fidem fue-
rit professus, asseruerit, cum hæresis circa materiam ca-
tholicæ fidei versetur, & ob id congruere non possit nec
aptari valeat Sarraceno, Turcæ, aut infideli, nec Sarracenus
hæreticus dici poterit, etiam si negauerit articulum fidei in-
text. in *h. heret. gloss. in lem. 1. §. vltim. in ver. heret. de vsur. Abb.*
& *Dd. in rub. de her. Thom. 2. 2. qu. 1. artic. 2. & Cardin. à Turre*
Crem. in lib. 4. de eccl. 2. part. ca. 1. Alii sane censent, errorem
catholicæ fidei manifeste contrarium hæresim esse, & vere
ita nuncupari posse, etiam si à Turcæ, aut Sarraceno propo-
natur, & prædicetur, quod probat eleganter Alfonso à Cal-
de in *ita heret. punis. lib. 1. ca. 1.* Ex eo quod cum propositio catho-
lica à quocunque asseratur vere catholica est, etiam si à Sar-
raceno pronuncietur, ita eadem ratione propositio contra-
ria catholicæ fidei erit hæretica, tamen si ab eodem Sarraceno
pronunciata fuerit. Hæc etenim assertio, Deus est trinus & vnus,
& vnus, catholica est, siue illam proponat Iudæus, siue Tur-
cæ, ergo sua contradictoria, Deus non est trinus & vnus,
erit hæretica, à quocunque dicatur. Nam isthæc posterior
opinio vera est, si hæresim simpliciter asseramus pro ipsa
propositione aduersus fidem catholicam asserita, pro ipsa
quidem re, ex qua grauissimum crimen apud Christianos
committitur, siquidem hæc propositio, Deus non est factus
homo, etiam à Turcæ pronunciatæ, etiam in pariete deseri-
pta absque vilo certo authore, vel ab eo, qui penitus quid
scriberet, ignorabat, vel à catholicis eam auertentibus propo-
sita, hæresis est, & ita vere dici potest, cum sit error ma-
nifeste catholicæ fidei contrarius. At si hæresim pro ipso
crimine accipiamus, prior sententia potior est, & magis
probanda, cum hæresis nomen, quatenus infame est, &
causa sceleris notam ac nefandum crimen præmittit, exigit
profecto multa quidem, nempe quod eius author Christianum
fuerit fidem professus, item, quid pertinaci animo &
errore intellectus propositionem contrariam manifeste fi-
dei catholicæ pronunciauerit, vel asseruerit, quemadmodum
constat horum prius ex *dicto cap. heret. & his quæ modo cita-
uimus.* Posterius autem apparet ex *ca. dicitur. 25. qu. 1. & in dem.*
1. de summa Trinitate. & elem. 1. §. vltim. de vsur. Oldrad. consil. 10.
text. elegans extr. auag. cum in errorem. Ioan. 22. de verba sig. &
in c. qui ecclesia. 24. qu. 3. quod alibi aptius tractabitur. Interim
tamen non omitam, hoc in sensu accipiendum esse, quod
S. Thom. in *privilegiis ad Corinth. capit. 2. lectio 4.* scribit, aliene-
rans, de ratione hæresis esse pertinaciam, idem non obli-
tere tradit *2. 2. qu. 2. artic. 6. ad 2. & qu. 11. art. 2. ad 3.* explicat ele-
gantè, ac magno cum iudicio Præsul Canariensis Bartho-
lomæus Torres, vir & moribus, & sacre Theologie non
vulgari eruditione insignis, collega olim meus Salmantice
in admodum celebri Saluatoris collegio, is, inquam, in
commentariis quos in S. Thomam edidit *prima parte, qu. 72.*
artic. 4. de pertinacia quo ad hæresis tractatum doctissime
differit. His accedit, quod *Hæresis* nomen olim ante legis
Euangelicæ promulgationem, & apud eos, qui Christianam
religionem nondum acceperant, infame non erat, sed lig-
nificabat electionem quandam discipline, quam quique
profitebatur ab *apostoli* verbo Græco, quod latine vertitur,
eligo. Sic Lucianus libro, quem de *placitis, seu sectis Philo*
scripsit, titulum tribuit, magis accipitur id est, de sectis, eadem
ratione

ratione haresim veteres dicebant quamcunque opinionē, quam teneat quique tutebatur. Augustinus lib. 8. de civitate Dei. 11. Aristoteles, inquit, vir excellentis ingenii, cum fecerat Peripateticorum condidisset, quod de ambulantibus disputare contulerat, plurimos discipulos viuo adhuc præceptore in suam haresim cōgregavit. vtuntur & eadem dictione in hoc sensu Cicero ad Crassum, & in præfatione Paradoxorum ad Brutum & Iurisconsultus Modestinus in l. si duas §. off. autem ff. de excusatio. iuro. Diuus Hieronymus in epistola ad Galatas cap. 5. cap. haresis. 24. quest. 3. tradunt Budeus in l. 1. §. item secundum ff. de adit. edict. Cora. lib. 3. Miscellane. capitulo vltimo Alfonso à Castro lib. primo de iusta. hære. punitione c. 1. Verumenimvero, quia in lege Christianorum, quæ ab ipso Deo data est, ac diuino numine inspirante ab eam profitentibus accepta non electa, iuxta illud, Io. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. & Ioann. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Christianis non conuenit electio selecta, nec eis licet quicquam circa fidem eligere, cum fides catholica non ex hominis arbitrio, nec ex humano ingenio pendeat, sed Deo inspirante ac reuelante sit hominibus manifestata: & quia in verba sacre scripturæ, & ecclesiæ catholice iuramus, nec possumus ab illarum sententia discedere, apud nos haresis nomen infame est, quod latens ostendit Alfonso à Castro in d. c. 1. & lib. 1. de hære. c. item 1.

Hinc lane deducitur, eum esse hæreticum, qui haresim pronunciauerit aut asseruerit, intelligendo haresim, prout apud nos adfirmat pro ipso crimine, & quatenus crimine præmittit. siquidem & inibi significatur, errorem asserunt hære ab homine Christiano, pertinaci animo, errant intellectus. At si haresim accipiamus simpliciter, non vt crimen, sed vt propositionem falsam aduersus fidem catholicam, non statim sequitur, eum, qui eam pronunciauerit, hæreticum esse, quemadmodum docet idem Alfonso à Castro lib. 1. de iust. hære. puni. c. 7.

Vsura igitur, vt crimen est, ab aliis ita definitur. Vsura est voluntas capiendi ultra fortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui principaliter. Voluntas inquam, id est actus voluntatis interior, vel exterior, sicuti & in simoniz definitione explicat Had. quilib. 9. artic. 2. vt hinc colligamus vsuram esse mortalem, cum quis mutuo dat centum Titio ipse consequendi ab eo ultra fortem decem, alioqui non mutuaturus, cap. consilium. de vsur. item & esse exteriorem, quam actuale quidem appellat cum quis pacto expressim appoito mutuat mille, recepturus ex cōuentione quinquaginta ultra fortem ipsam. Lucrum ideo diximus, quia ad hoc crimen exigitur, id quod ultra fortem accipitur, vere lucrum esse. cum alioqui si quis mutuo dederit mille, ac demum fortem ipsam acceperit, & præter ea centum, quæ sibi iure debentur ultra fortem, vsuram minime committit, etiam si id pactus fuerit, sicuti constat omnino fere consensu, quando creditor, qui mutuat in pactu deduct, vt ipse debitor teneatur simile ei beneficium exhibere, si in egestate venerit, aut pecuniaz mutuatae quandoque indigens fuerit, modo aliter hic debitor ex ea pacione nõ obligetur, quam seculo pacto ipso iure cuiusdam honestatis moralis tenebatur creditori simile beneficium rependere, quod traditum est in d. consilium. à Pan. & aliis, atque id à nobis fuit breuiter adnotatum in l. harem resolut. c. 28. nu. 4.

Hinc iustissime creditores defenduntur, qui à debitoribus ultra fortem principalem, aliqd recipiunt ratione interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis, secundum ea, quæ frequentissime adnotantur in c. conquestu. de vsur. & in l. querit. de ad. emp. ad cuius interpretationem pau. o post nos idem latius explicabimus. Diximus lucrum aliquod temporale, quia si quis etiam vi mutui amicitiam alterius pacificatur, aut animo acquirere intendat, aut aliam rem vtilem quidem sed minime æstimabilem ratione pretii, quod ei conuenire nequit, ex eo quod non soleat ea res pecunia æstimari, vsurarius censendus non est, sicuti Dd. fatentur. Vltimo loco proposuimus in definitione vsuram vi mutui committi aperte intelligentes hoc crimen in aliis contractibus, quam mutui nequaquam accidere atque ita verum est, modo accipiamus mutuum siue expressum, siue tacitum, & hoc quidem ea ratione, quia sapissime sub imagine emptionis, & venditionis subest contractus quidam ignoratitius, qui lateat vitium hoc vsuræ maximo Republicæ & pauperum incommodo continet. c. ad nostram. de emp. & vendit. vbi mensio fit pacti de retrouendendo. c. in ciuitate de vsuris. quo-

ties res venditur carius pecunia credita, quam præfenti & statim numerata iuste venderetur, de quo aliqua diximus in lib. harem resolut. c. 3. nu. 7.

Ex his plurima possent deduci, sed præsertim aliquod attingam, quæ frequentiora sunt. Et primo offert se se insignis Pontificia decilio cap. salubriter de vsuris. Cuius hæc sunt verba: Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socio sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem nos credimus compellendum cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimoni supportanda. Hactenus Romanus Pontifex, qui plane respondet, non esse generum vsurarium, etiam si præcipuos percipiat fructus rei pignori datae ultra sortem ipsam, cum tamen alioqui creditor vsurarius sit, si fructus pignoris ultra sortem sibi præcipuos habuerit. c. r. c. conquestu. de vsur. c. 1. de sentis. l. 1. & 2. C. de pign. actione. Sed huic obiectioni respondetur à summo Pontifice, decretum esse fructus pignoris dati pro dote, soluenda in sortem minime computari ratione interesse tã damni emergentis, quam lucri cessantis: damni emergentis, vbi maritus dilata solutione dotis detrimentum patitur lucri cessantis, quasi ea constitutio tunc admittenda sit cum ipse gener attenda eius industria & officio possit ex dote statim sibi soluta lucrari tantam quantitatem, quantum ex fructibus pignorum quotannis percipiebat, non alias, secundum Hoffens. Ioan. Andr. Abb. Anton. & alios in d. c. salubriter. Bar. in l. in iust. l. m. §. vsuras. ff. solut. matri. Bologni. cons. 19. Had. in 4. sentent. tractat. de vsur. vers. sed dubium Syluest. in verb. vsura. 3. q. 2. Maiorem in 4. distinct. 15. q. 31. versterius casus Bald. in l. vltim. §. præterea. col. 1. C. de iure dot. Alex. dicto §. vsuras & in cons. 178. n. 11. lib. 7. Dec. cons. 119. n. 4. Conrad. de contract. q. 35. cons. 7. & cons. 5. Ioan. à Medina. de contract. c. de adquisitis per vsuram. §. ad c. salubriter. fatentur hanc opinionem esse Bald. Nouel. de dote 7. part. priuil. 3. & Carol. Molin. in tract. de vsuris. q. 74. n. 525. Ioan. Lupin. c. per vestras. 6. noi. abili. §. 8. Parisius consil. 64. li. 4. Ex his vero quidam opinantur sufficere, vt ratione interesse hoc in casu percipiantur fructus pignoris præcipui ultra sortem, quod is, cui dos est promissa, aut debita, interim dum ea nõ soluitur, sustinet onera matrimonii, ex propria re, & proprio patrimonio quæ ex dote soluta possit profecto sustinere l. pro onerib. C. de iure doti. quam obrem de damno euitado agit maritus fructus pignoris præcipuos habens, non de lucro acquirendo, nec hi Dd. requirunt interesse lucri cessantis, quod dote statim soluta maritus consequeretur attenda eius solita industria, & negotiandi exercicio, huius sane sensus authores sunt Anani in d. c. salubriter. n. 8. Nouel. dicto priuil. 3. Ale. con. 31. col. 3. li. 6. sentit idem con. 14. li. 5. in princip. Io. Lupi. d. §. 8. Caro in d. q. 74. numero. 525. Caiet. 2. 2. quest. 78. art. 2. Qui quidem interesse damni emergentis appellant totum id quod maritus expendit in alenda vxore & oneribus matrimonii sustinendis, & ideo permittum esse opinantur, quod fructus pignoris percipiat, hoc item probabitur inferius illustratione 6. idem sentit Deci. d. consil. 119. nu. 4. post Paul. Castren. in d. §. vsuras. qui temperate loquitur, dicens id procedere ex eo, quod præsumendum sit maritum, si statim dos fuisset soluta, potuisse per industriam acquirere lucrum aliquod, ex quo alere possit vxorem. Ego sane non inficior, maritum, & quemcumq; alium creditorem iustissime absque vsurarum labe posse percipere fructus pignoris præcipuos ultra sortem, vel ex pacto, vel ex lege ratione interesse damni emergentis, & lucri cessantis, & tamen non video qua ratione possit congrue colligi damnum, & eius ratione interesse ex eo quod maritus onera sustineat matrimonii, siquid eadẽ sustinisset statim dote soluta, vel ex ipsa dote vel alitudo. quod si dixeris, statim soluta dote non expenderet proprias pecunias pro oneribus matrimonii, sed ea onera expedirentur ex ipsa dotali pecunia, id fateor, modo manifeste sentias, & consideres expensis in hanc rem propriis nam mis dotalem pecuniam saluam esse, quæ alioqui expensa foret. Deinde hac Ananig opinione admittam maxima constaret æquitas aut non esset æqua Romani Pontif. constitutio, cum sepiissime essent maiora onera matrimonii quam ipsorum fructuum æstimatio, & fieret non æqua damni emergentis cum ipsis pignorum fructibus compensatio.

Quamobrem verius esse censeo, quod paulo ante scripsi, nempe fructus pignoris dati pro dote soluenda tunc non esse in sortem computandos, cum interesse damni emergentis, aut lucri cessantis æquale sit verisimili, licet non exacta censura, fructibus ipsius rei datæ in pignus. Interesse autem damni emergentis id appello quod creditori secun-

tum fuerit ea ratione, quia dos soluta ab initio non est, & ob id damnum patrimonii & rerum passus fuerit, coactus equidem sub vlturis licitis, aut annuis redditibus pecuniam quarere ad ea onera subleuanda, quae ex dotali pecunia possent commode tolerari: lucri vero cessantis interesse illud est, quod ipse creditor posset inspecta solita industria, & ipsius prouincia qualitate, & conditione ex pecunia dotali statim soluta acquirere, atque iuxta hunc sensum esse accipiendum Romani Pontificis responsum in dicto. capit. salubriter. ipse colligo ex mente Doct. inibi & aliorum qui rem istam tractauerunt, praesertim id afferunt Panormitan. in d. capit. salubriter Paul. Castr. Imol. Alexand. in d. §. vsuras. Conrad. qu. 35. conclus. 7. Hadr. Ioan. Maior, ac Medina nominatim superius citati. & esse hanc opinionem frequentiori authorum iudicio probatam minime ipse dubito, sensit idem late Ludou. Bologn. in dicto. conf. 19. Imol. & Ioan. Lupi. in dicto. §. 9. col. 3. eandem hanc opinionem sequitur.

Hinc primo apparet, summi Pontificis constitutionem in d. c. salubriter. non tantum esse obseruandam in genero erga focerum, sed etiā in quocunque extraneo, cui dos promissa fuerit. quod manifeste deducitur ex ratione cui innuitur praedicta decisio.

Secundo constat non esse id speciale in fauorem & priuilegium dotis statutum, nempe fructus pignoris in sortem mitime computari, cum a ratione interesse id procedat, quae quidem ratio efficax est, vt aliquid vltra sortem iuste recipi a creditore possit. id vero speciale est in hac specie fauore dotis, vt vir cui dos fuerit promissa dilata solutione datisque pignoribus fructus pignorum praecipuos habeat, nec teneatur eos in sortem compensare, etiam si ab initio nulla pactio praecesserit de fructibus pignorum vltra sortem percipiendis. id enim iure inest ob naturam contractus dotalis, sicuti in d. capit. salubriter. visum est Panorm. & Carolo Moli. de contrah. d. qu. 74. num. 524. licet alias ambigatur sit an creditor possit petere interesse ante mora ob dilacione solutionis vel possit aliquid ea ratione percipere inuito debitore, cum quo id ab initio pactum non est quod alibi tractabimus.

Tertio probatur ex his, nihil referre ad hoc, vt possit maritus ob dilatom dotis solutionem fructus pignorum praecipuos habere, quod maiorem, minoreve quantitatem expendat, in oneribus matrimonii, quam sint ipsi fructus pignorum, sicuti in specie aduertunt Hadrian. in d. ver. sed dubium. Et Ioan. a Medina in d. §. ad ea salubriter. licet contrarium responderit Ang. & Sylue. in summa in verb. vsura. 3. q. 2. & plerique alii. Et ideo quod scribunt Anania in d. c. salubriter. nu. 2. ad §. Alex. conf. 178. lib. 7. nu. 71. & Ant. Fanensis de pignoribus. §. parte. memb. 5. nu. 16 existimantes fructus pignoris esse in sortem imputandos, quatenus excedunt congrua & iusta alimenta vxoris secundum quantitatem dotis, erit ita accipiendum, vt intelligamus id verum esse quando fructus excedunt legitimum. & verisimile interesse, quod ratione lucri posset ex dotali quantitate a marito percipi, alioqui falsum est quod hi Doctores opinantur.

Quarto hinc poterit discutiri, & tractari, quid dicendum sit vbi dote promissa, & eius solutione dilata maritus cum promissore dote pacifitur, vltra certam quantitatem quotannis sibi soluendam interim dum non fuerit soluta dos? Nam quidam censent, hanc pactionem illicitam esse nec in hac specie admittendam fore decisionem text. in d. c. salubriter. cum inibi de fructibus pignorum, id est, de re incerta, vltra sortem percipiendis tractetur, & ideo secus sit respondendum, vbi certa quantitas in pactum vltra sortem deducta fuerit. Huius opinionis sunt Ioan. Andr. Antoni. Cardin. Ioann. de Ligniano. & Ambros. a Vignate num. 14. in d. c. salubriter. Lau. a Rodulphis in c. consultat. 2. part. q. 53. Alex. conf. 27. lib. 4. & conf. 74. & conf. 41. lib. 5. Florentinus 2. part. tit. 1. §. 7. & 27. Soc. conf. 88. n. 18. & con. 130. n. 10. lib. 4. Io. Lup. in d. cap. per vsura. 6. no. ab. §. 8. qui num. 6. & Soci. in dictis responsis existimant, hanc opinionem Communem esse. contrarium tamen verius est, si quidem attenda vera ratione decidendi, quam ab interesse deduximus ad d. cap. salubriter. nulla congrua ratio exhiberi potest, cur ab initio contractus interesse verisimile in pactum deduci non possit, quod interpretatione Leura. bit. C. de actio emp. alibi probabimus, & in hac specie ita tenet Calderi. Anchara. & Abb. in d. c. salubriter. Bald. Nouell. de dote 7. part. princl. 3. Alex. conf. 31. lib. 6. Anton. Rubi. conf. 107. Corne. conf. 45. & conf. vlt. col. 3. lib. 2. Conrad. d. quasi. 35. conclus. 7. Hadria. vbi supra Syluester verbo, vsura. 3. q. 3. Gabriel. Ioan. Ma-

ior, & Almain in 4. distict. 15. vlt. ad. de vsu. eandem opinionem sequi fatentur Communem esse Alex. in d. §. vsuras. Carol. Moli. Deci. conf. 119. idem in c. cum venerabilis. de excepti. num. 14.

Quinto, eodem iure constat, non esse admittendum, quod ciffionem procedere, vbi nulla dilatio ad soluendam dotem data fuerit focero, quasi certum sit, non posse generū fructus pignoris praecipuos habere vltra sortem, quoties dederit focero dilacionem ad eius solutionem, nec focer ex pacto in mora fuerit. sequitur Butrium Ioan. Lupi. in d. §. num. 3. idem tradit Alma. in 4. distict. 15. quae de vsura. Et ex hoc praecedentem illationem intelligendam esse putant Anton. Rub. d. conf. 108. & Aymon. conf. 189. colum. pen. vt tandem prior opinio vera non sit nulla data ad soluendam dotem dilacione: at ea data, cadem omnino tenenda sit, posteriori sententia improbata, & repulsa. Nam haec distinctio, si ratione veri interesse confidetur, probari nequit, cum multo rari sane causa habeat locum perceptio fructuum, alterutro quantitatis loco interesse, quando libera ex pacto datur facultas ipsi debitori fruendi sortis, quam si creditor licitus esset eam quocunque die petere. quod est omnino adnotandum ex Panorm. in d. cap. salubriter. Imola & Rom. in d. §. vsuras. Nouel. d. princl. Carol. Moli. d. quasi. 74. nu. 514. in hoc casu vrgent Conradi rationes in d. qu. 35. conclus. 2.

Sexto, hinc etiam constat, an matrimonio soluto possit Vxor vidua erga mariti heredes vti priuilegio d. c. salubriter. & his quae ad eius interpretationem diximus? Innocent. etenim, quem auctore Panor. inibi communiter alii sequuntur, opinatur, eam constitutionem non esse accipiendam in fauore vxoris matrimonio soluto, cum ea non iustineat tunc matrimonii onera. idem tenent Bart. in l. atqui natura. §. non tenet. ff. de neg. gest. Anch. conf. 150. Imola. & alii in d. §. vsuras. Alex. conf. 27. conf. 56. lib. 4. Ant. Rubi. conf. 55. & conf. 108. eandem opinionem fatetur Communem esse Matth. de Afflic. decis. 283. late Aymon. d. conf. 189. num. 7. ad finem idem notat Caiet. d. q. 78. art. 2. Et Corne. conf. 78. & conf. 217. lib. 2. Sed profecto ratione interesse damni emergentis, aut lucri cessantis poterit vidua fructus pignoris percipere praecipuos, & praeter ea pacifice, vt interim dum soluitur dos, certam annuam quantitatem percipiat, quae manifestum est, nec ab his authoribus negatur, & tradunt Alex. conf. 280. li. 6. idem Alex. conf. 141. lib. 5. Ioan. Lupi. in d. §. 8. nu. 2. & num. 8. dicens hanc opinionem Communem possit Lancelot. Deci. in d. l. diuortio. 3. col. idem notat Iason. conf. 92. lib. 1. Conrad. de contrah. q. 35. conclusio. 9. Aymon. d. num. 7. Et Matth. de Afflic. decis. 284. Alex. in l. diuortio. in prin. col. 5. nu. 23. & 24. nu. 25. & Ant. Fanensis in tract. de pignoribus. §. memb. 5. per. ad finem. qui quidem auctores opinionem praecedentem, quae communem esse concedunt, ita iure intelligendam esse censent. Quod si vidua non habeat praeter dotem bona, ex quibus percipere possit alimenta, poterit ab haeredibus mariti iuste exigere certam quantitatem, dum dos non soluitur, loco alimentorum, cum per eam non stet, quin ei reddatur dos, sicuti expressim adnotarunt Anchar. in reg. peccati venia. 4. quae de reg. iuris. in 6. Paul. Castr. conf. 429. nu. 429. num. 4. lib. 2. Imola & Alex. in dicta l. diuortio. nu. 24. idem Alex. conf. 63. col. 2. lib. 4. Et conf. 31. col. 2. & conf. 200. lib. 6. & conf. 141. nu. 7. lib. 5. Aymon. conf. 189. col. 2. & penult. ma. quorum opinio passim recepta videtur. Mihi profecto non omnino placet: scio etenim eam equitate quadam potius, quam iure probari, & admitti. Nam vltisque vtriusque iuris principis constat, Viduam etiam, inopere ratione alimentorum non posse vltra sortem dotis aliquid recipere ob dilatom eius solutionem tamen praecedens opinio in Neapolitano pratorio fuerit iudicii sententia coprobata, auctore Matth. de Afflic. decis. 284. quod manifestis rationibus offendam. Siquidem fauore dotis, minime permittit, nec patitur aliquid vltra sortem recipi, textus in cap. super. eo de vsur. Nec itidem inopia viduae, cum ratione paupertatis vltra permittenda non sint: ex eodem cap. super. eo, ratione vero alimentorum eadem opinio minime defenditur. Quia vbi alimenta ab haeredibus mariti viduae, inopi iure debentur: tunc fateor, haec alimenta posse ad certam deduci annuam quantitatem. At vbi iure non debentur vxori viduae alimenta, non video, qua ratione possint in pactum deduci ob dilatom dotis solutionem. Debentur autem viduae alimenta ab haeredibus mariti, si ea pauper sit, intra annum viduitatis, quo mariti haeredes cogi non possunt pecunia dotalem viduae solvere. gl. Bar. & Doct. in l. §. ex actio. C. de vi

... Docto communiter in d. l. diuortio in princ. Et ideo caute
 Panor. in d. cap. salubriter. nu. 6. scribit ratione horum alimento-
 rum, quae intra annu dilationi datæ lege debentur posse ex
 statuto viduam certam quantitatem ultra fortem dotis reci-
 pere. idem ipse cenfeo ex pacto partium, quia eadem est ra-
 tio, modo zque & iuste fiat alimentorum estimatio. Si dixeris,
 etiã idem permittendum fore post annum, cum ab eo tem-
 pore haredes constituantur in mora, respondeo, nullibi
 apud iuris vtriusque factiones statutum esse, licere post mor-
 tam debitorum creditori aliud recipere, quã interesse damni
 emergentis aut lucri cessantis alimenta vero; etiã si credi-
 tor pauper sit, nec debentur, nec ei dari absque usura vitio,
 licubi est premissum: potest etenim post annu statim præ-
 cise vidua coram iudice dotem ab haredibus mariti exi-
 gere, & ex ea sibi necessaria alimenta ministrare. Nec quic-
 quam facit quod à plerisque traditur, inquit enim: Si sta-
 tum solueretur dos vidua possit ipsa inde alimenta habere
 nam id ita verum est, & tamen, si dotalem pecuniam in ali-
 menta expenderet vidua, diminueret ipsa dos, quæ iuxta
 horum Doct. sententiam salua & integra maneret, non
 docet dicere hanc quantitatem posse à vidua, recipi iure ali-
 mentorum tanquam interesse, vt scribit Cardinal. in Clemen-
 ti. de vsur. in princ. nu. 8. cui prædicti Docto, conueniunt, dum
 etiam nomine interesse hac in controuersia vtuntur. Nam
 interesse damni emergentis, aut lucri cessantis nullum hic
 vere dici potest, quemadmodum tradidi in ratione principi-
 palis, capitul. salubriter. versic. ex his plurima. nisi dixeris interesse
 posse appellari ius alimentorum: saltem inope, cum alioqui
 cogatur fame perire, aut mendicare: hoc autem non est pe-
 cunia estimabile: & ideo hæc in re vt interesse verum reci-
 piendum non est. Posset fortasse admitti Anchara. & sequa-
 cum sententia apud Hispanos, attento & considerato com-
 muni vsu, quod frequentissime tractatur emptio annuorum
 redituum redimibilibum. Est etenim facillimum, habentem
 pecuniam statim paratos inuenire mille venditores horum
 redituum. Et ideo si pecunia dotalis viduæ soluta foret, posse
 ea annu reditum emere, vnde propter hoc interesse lucri
 cessantis ea opinio locum habere in praxi. Imo idem
 esset in vidua diuite, si obseruemus decisionem cap. salu-
 briter. etiam intelligendam esse matrimonio soluto quan-
 tum ad rationem interesse damni emergentis, & lucri ces-
 santis, quod est animaduertendum.

Septimo ab eadem ratione procedit frequens illa contro-
 uersia, qua queritur, sitne licitum statutum, ex quo viduæ
 interim, dum non soluitur dos ab haredibus mariti, detur cer-
 ta quantitas moderata quidem ad rationem decem pro cen-
 tum quolibet anno. Nam hoc statutum nullum est; quippe
 quod vsuram permittat, tenent Ioan. Ligni. & Imoli. in Cle-
 menti. de vsur. nu. 35. Abb. conf. 39. lib. 2. Docto. in d. cap. salubriter.
 Angel. & alii in d. l. diuortio. in princ. Et est Communis Opinio se-
 cundum Socin. conf. 56. lib. 3. colum. 2. & Iaso. in §. fuerat: de alioq;
 nu. 9. quorum opinio vera est proculdubio, si prætermi-
 tamus vsuram esse matrimonio soluto viduam ob dilatio-
 nem solutionis, lucrum aliquod accipere, aut fructus pig-
 norum præcipuos habere, sicuti in præcedentibus explicui-
 mus. Et ideo quidam hanc sententiam communem repro-
 bant in eo casu, quo ratione alimentorum viduis pauperi-
 bus statutum aliquod annuatim dandum esse sancire inter-
 im, dum dos soluta non fuerit, ex rationibus præcedenti illa-
 tione adductis. sic sane visum est Card. in d. Clem. 1. de vsur.
 nu. 8. Bald. in l. vlti. §. præterea. C. de iur. dot. Paul. Caltrenf. &
 Iulii Alex. in d. l. diuortio. colum. 5. Felin. in cap. consultat. onibus. de
 vsur. deleg. ad si. Ioan. Lup. in d. l. §. 8. nu. 4. Aym. dicit. conf. 179.
 colum. 2. & omnibus his, quos proxime citauit ad comprobationem
 eius, quod retuli ex Ancha. in reg. peccati venia. 4. quæst.
 de reg. iur. in 6. l. 1. conf. 92. colum. 8. versic. quarto princip. lib. 1.
 Dum vero ipse Ioan. Lup. & quidam alii hanc opinionem
 tribuunt Abbati in d. cap. salubriter. falluntur, quia ipse tan-
 tum tractat de viribus statim taxantis alimenta, quæ iure de-
 bentur viduæ ab haredibus mariti, quemadmodum osten-
 dimus in præcedenti illatione, ex ibi etenim traditis appa-
 re, an vera sit hæc Docto. opinio, quandoquidem si hæc
 alimenta ex pacto recipi non possunt ob crimen, & vitium
 vsuræ, nec itidem poterunt ex statuto, sicuti iure satis eu-
 denter probatur in d. Clem. 1. de vsur. Sed rursus aliis placet in-
 districte posse lege vel statuto constitui, quod vxori viduæ
 interim, dum ab haredibus mariti dos non soluitur, detur
 certa & annua quantitas ad rationem decem pro centum,

quasi ipsa lex definiat hanc in quantitatem, Interesse infer-
 tum. sic etenim Bald. respondet in d. §. præterea. nu. 5. idem
 conf. 161. lib. 1. Cæpöl. cons. ciuil. 15. Caieta. d. qu. 76. art. 2. Carol.
 in d. q. 74. nu. 527. qui quidem hanc partem probant, etiã nõ
 considerato, nec vere contingenti lucri cessantis, aut damni
 emergentis interesse, sed tantum aduertunt posse à lege ta-
 xari legitimum, ac legale interesse, ideo Carolus Mol. sta-
 tutum hac in re existimat procedere iuxta vsuras per Cas-
 res in l. eos. C. de vsuris. definitas. ego vero hæc Baldi sententiam
 intelligendam esse opinor, vbi attento communi prouinciar
 vsu, quãtitas ab statuto taxata, esset verosimile lucri ces-
 santis interesse, propter facilem & frequentissimam annuorũ
 redituum redimibilibum emptionem, quod Bald. in d. §. præ-
 terea. & in d. conf. 166. palam sentit.

Octauo hinc colligitur, sitne validum statutum, quod san-
 xerit, matrimonio constante interim dum dos promissa nõ
 soluitur marito, detur eidem à promittente, vel focero cer-
 ta annua quantitas, ex eo, quod matrimonii onera sustineat,
 quibus quidem oneribus sustinendis dotes constitui solent.
 Et Caiet. d. qu. 78. art. 2. respondet, id statutum valere omni-
 no absq; ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, quæ
 quidem sententia pendet à supra prænotatis. Nam si hæc
 certa, & annua quantitas vsurariam prauitatẽ sapit, nec pa-
 cto nec statuto probari poterit eius perceptio: Quod si vsu-
 raria nõ sit, plane permitti iure, & equitate potest. Quamob-
 rem ego hæc Caieta. opin. admittere, vbi ex causa frequẽ-
 tis annuorum redituum redimibilibum emptionis, ea quantitas
 iustum censetur lucri cessantis interesse. Hac inspecta
 ratione vidi iam profecto sæpissime in hoc Granatenli Re-
 gio prætorio foceros, aliosque dotium promissores vocatos
 in iudicium damnari, vt intra decem aut viginti dies dotale
 pecuniam soluant, alioqui post eam diem constituent super
 proprio patrimonio annuum reditum redimibilem ad ra-
 tionem vnus pro decem, aut duodecim iuxta quantitatem
 dotis. iusta sane est ista condẽnnatio, cum propter onera
 matrimonii à marito sustinenda, tum ob communem & fa-
 cilem horum redituum venditionem.

Cæterum plura alia ad intellectum d. cap. salubriter. vltra
 Doct. ibi legenda sunt apud Salycet. in authen. ad hac. questio. 3.
 & Bald. in rubr. C. de vsur. Ioan. Lup. in d. §. 8. Deci. conf. 571. Paul.
 Paris. conf. 64. lib. 4. & Carol. d. qu. 63. præsertim nu. 523. qui in
 specie tradunt, an habens iura mariti per concessionẽ possit
 dicta constitutionis privilegio vtõ omittendum tamen hac
 in controuersia non est, quod Fortunius Garfias Hispanus
 magni nominis apud Italos, dum iuuenis Bononiæ
 in Cardinalis Agidii Hispanorum collegio ius ciuile publi-
 ce profiteretur, ac demum apud Hispanos, dum in summo
 Regis auditorio iudicis rectissimi officium ageret, in tract. de
 vltimo sine illatio 6. censet text. in d. cap. salubriter. ita esse acci-
 piendum, vt tantum in genero respectu foceri obtineat, nõ
 autem in extraneo, gener autem fructus pignoris præcipuos
 habeat vltra dotẽ, etiã si esset causa interesse damni emer-
 gentis, & lucri cessantis, ex eo solum, quod nondum soluta
 dote matrimonii onera sustineat, atque hanc esse vere ger-
 manam illius constitutionis interpretationem arbitratur,
 cui suffragantur plura. Primum quod Socer tenetur iure filie
 dotem dare, aut alimenta. l. vlti. C. de dotis promiss. l. qui liberos. ff. de
 ritu nupt. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. cap. ius naturale. t. di-
 stinct. notatur in l. 1. ff. soluto matrimo. at in præsentis casu, licet
 dotem promiserit focero, eam tamẽ non dat, nec soluit, nec
 alimenta, ideo mirum non est, quod maritus, qui subit onus
 atendi vxorem, & focerum hoc onere liberat, fructus pig-
 noris vltra fortem percipiat. Deinde ratio dictę constitutio-
 nis dum scribitur, quum frequenter dotis fructus nõ suffi-
 ciant ad onera matrimonii supportanda, minime congruit,
 si eam decisionem in extraneis etiam intelligamus, & iuxta
 interesse verum damni emergentis, aut lucri cessantis, cum
 fructuum perceptio tunc non procedat ab oneribus matrimo-
 nii sustinendis, nec ab eo quod dotis fructus non sufficiant
 ad ea, sed à damno & interesse secuto ex dilata solutione
 dotis. Præterea in hunc Fortunius sensum conuenire videtur
 text. ipse, qui de genero loquitur. Et passim vtriusq; iuris in-
 terpretes, qui dum hanc materiam examinant, generi & foceri
 mentionem faciunt. Item hi Doct. qui huius perceptio-
 nis fructuũ permissionẽ vltra fortẽ in hac specie ex eo solo
 defendunt, quod maritus onera matrimonii sustineat, nec
 requirunt interesse damni emergentis, nec lucri cessantis,
 eandem Fortu. interpretationẽ facile admisisse censentur.



Huc etiam accedit, quod fecer tradens genero pignus ob dilatatam solutionem dotis, donare praesumitur fructus pignoris ad alendam filiam, & onera matrimonij sustinenda, propter quae dotem promissit secundum Ioan. à Medina de contract. quest. de vsur. §. ad cap. salubriter. Postremo hanc opinionem Fortunij eleganter probat, eo non relato, Carol. Molin. dict. quest. 74. num. 525. Et profecto mihi quantum ad generum & locerum maxime placet. idem sane probat Domin. Sotus lib. 6. de iustit. & iur. questio 1. articulo 2. ad fin. Non obstat, si quis dixerit, rationem dicti capit. salubriter. minime huic sensui conuenire, cum ex eo constat, maritum pignoris fructus praecipuos habere, etiam si hi excesserint dotis promissae interesse, lucrum & fructus, quod iniquum est. Nam respondeo id permitti ex eo, quod quandoque & frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij, & tamen tunc maritus tenetur ea subire. l. si filia. ff. famil. heriscund. ita e contrario, si fructus pignoris excedant dotis interesse & fructus, qui ab eo poterant deduci, eos habebit gener praecipuos.

Hac vero interpretatio potissimum probari potest ex decisione textus in cap. 1. de sen. d. ca. conquestus. de vsur. quibus statutum est, dominium directum rei feudalis, qui eam à vasallo in pignus acceperit, iuste posse fructus pignoris praecipuos ultra sortem habere: id enim procedit, quia frequentissime fructus rei feudalis sunt eiusdem estimationis, & valoris, cuius ipsa seruitia, ipsaeque opera, quae ratione feudi à vasallo domino debentur, à quibus ipse vasallus liberatur interim, dum res apud dominum est iure pignoris. tandem praedictae decisiones sane debent intelligi, quando onus siue seruitium, quod interim à domino remittitur, & qui pollet fructibus, vel quatenus cum illis concurrat, sicuti probatur in dict. cap. 1. de feudi. quem ita in specie interpretantur Innocen. ibi, Hadr. in 4. sent. tract. de vsura. versio occurrit. ad fin. & eleganter Carol. Molin. in consuetu. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 9. num. 11. & 3. quest. quem omnino legendum esse arbitror. eodem pacto est intelligendum text. in cap. 1. de vsur. vnde partim ex hoc defenditur intellectus ad textus in dict. cap. salubriter. tamen in eo casu, etiam si fructus pignoris excedant interesse dotis praecipui non poterit, nisi à genero habeantur: si vero excedant onera matrimonij, fallor, hic excessus, iuste percipi ultra sortem, sicuti nec in specie capit. 1. de feudi. si fructus pignoris seruitia excesserint, possunt absque vsurarum labe praecipui haberi.

Hinc sane apparet Holtien. Ioan. Andr. Cardin. Abb. & alios in dict. cap. 1. & cap. conquestus. Martin. Laudens. & Praeposit. in cap. 1. §. item si delator. qua fuit prima caus. bene amitt. Ang. in summa. in verb. feudum. §. penul. & vlt. & in verb. vsura. l. §. 12. Syluest. in verb. feudum. ad fin. Conrad. de contract. quest. 32. conclus. 3. Ioan. à Medina de restitutio. cap. de acquisitis per vsuram. ad c. conquestus. quorum opinio Communis est, non exacte vsurae rationem expendit, dum opinantur, eos text. procedere à natura feudi, & virtute directi dominij, quod erat penes creditorem, & per dationem pignoris trahit ad se vile, quod consolidatum cum directo iure operatur hanc perceptionem fructuum praecipuam, & ideo non esse eos in sortem computandos: hoc etenim falsum est, quia per dationem pignoris non consolidatur Dominium vile cum directo, imo debitor vtilis dominus adhuc manet, & eius nomine fructus à creditore percipiuntur. cap. 1. de vsura. l. 1. c. de pignor. att. Nec vllibi in iure probatur, dominium vile debitoris amitti, & transferri in creditorem habentem directum, cum in eum solum transeat ius retinendi in pignus dominium vile, quod non vt proprium, sed in pignus habet. Et praeterea etiam si fateamur, dominium vile consolidari in hac specie cum directo, minime labem vsurae effugimus. si quidem lucrum hoc consolidationis ultra sortem ratione mutui accipitur, & ideo vere vsura committitur.

Rursum ex his satis liquet, decisionem tex. in d. cap. conquestus. non esse statutam in fauorem ecclesiae, sed etiam in laicis procedere, imo iustiori ratione, cum ecclesia debeat in his lucris potius quam laici abstinere. cap. suam de panis. sic sane contra gl. inibi Abb. & Communiter Doctores fatentur. & idem in cap. 1. de feudi.

Eodem iure conuincitur, quod sensu Panormitan. in d. cap. conquestus. & asseruerat Ang. in verb. vsura. §. 12. & in verb. feudum. dicens; Proprietarium accipientem ab vsurario rem in pignus mutui causa, posse praecipuos referre fructus pignoris ultra sortem propter dominium directum, cui vile

fuit consolidatum. Falsa enim est haec opinio, & aperte eius error ostenditur, considerata vera ratione tex. in d. ca. conquestus. atque ita eam in specie reprobatur, non relato Panorm. Carolus Molin. in dicta quest. 3. num. 23.

Sic examinari poterit, an decisio dict. capit. 1. de feudi. obtineat in eo, qui dominium directum habens recipiat in pignus rem emphyteuticam ab ipso emphyteuta? Nam Roman. in singul. 325. Imolin. in dict. capit. 1. column. 3. Anan. in dict. capit. conquestus. colum. 6. existimant, idem in hoc casu dicendum esse ratione directi dominij. Quod admittendum non est, nisi quatenus emphyteutica pensio fructibus pignoris equi pollet, à qua quidem pensione liber est ipse emphyteuta durante causa pignoris, quamobrem iuste dominus fructus percipit in pensionis compensationem; non alias. Et ita sunt haec ex definitione vsurae ad examen proprium deducenda, quemadmodum & plurima passim deducuntur.

Superest modo explicare, quo iure prohibita sit vsura, quam quidem quaestionem breuiter absoluentes respondemus crimem istud iure naturali, diuino & humano, canonico & ciuili veritum esse. Primum etenim iure naturali vsuram illicitam esse constat, aliquot rationibus, quibus efficax sit huius rei demonstratio. Nam domino imito non potest quis lucrum percipere de re aliena, imo id est contra ius naturale, & in mutuo statim transit res in dominium debitoris, ergo creditor ex hac re lucrum aliquod recipere non potest, iure naturali hoc vetante. Secundo in pecunia rebusque aliis mutabilibus, vsus est ipsius rei consumptio, sicque non potest separari à proprietate, nec ab ipsa re: igitur accipere lucrum aliquod pro vsu ipsius rei, & demum rem ipsam iniquum est, & praua commutatio, cum id quod non est, pretio vendatur, quod tertio loco appetit fit, si specialius argumentemur, aut enim creditor caput lucrum istud pro sorte, aut pro vsu ipsius. Si pro sorte, ergo bis capit eius aestimationem, vel capit iniustum sortis valorem. Si pro vsu rei, is non potest seorsum à sorte zelumari, & sic bis fors ipsa venditur, quod satis iniquum esse constat. huic rationi suffragatur Iurisconsult. in l. 1. ff. de vsu fruct. cap. verum; que vsu consumuntur. Sed de pecunia, inquit, recte caeteri oportet his, à quibus eius pecuniae vsus fructus legatus est, quo Senatusconsulto non id effectum est, vt pecuniae vsus fructus proprius esset, nec enim naturalis ratio auctoritate Senatusconsulti mutari potuit, sed remedio interducto capiti quasi vsus fructus haberi. haec enim Caius lib. 7. ad edictum praenotiale, idem tradit Iustinianus in §. constituitur, vbi Theophilus. In d. de vsu fruct. passimque obseruatum est pecuniam vsu ipsius consumi. text. in cap. vltim. de pignor. authent. non sum. c. de administr. tutor. & in auctor. vt hi. qui obligat. se habet per lib. 1. c. de leg. Aristo. §. vltim. ff. de iure deliber. gloss. Barto. & Doct. in l. 1. si fuit. quatuor. ff. ad Trebellian. Andre. Tiraquell. lib. 1. de reuel. §. 1. gloss. 7. numer. 103. Non tamen intelligas, Pecuniam vsu consumi, id est, perire, & minui: id etenim falsum est, sicuti palam constat, siquidem eiusdem valoris censetur, ac salua manet, etiam si millebus commutetur, deturque vel gratis, aut in alterius rei pretium. Sed ita accipiendum est, quod frequentissime vulgo dicitur, pecuniam vsu consumi, hoc est, vsu pecuniae in sumptibus & erogationibus consistere, atque per vsu omnino eam ab vtente discedere, & in alium transferri, ideoque quantum ad ipsum vsu consumi, & perire. Nam, vt inquit Aristoteles, 4. Ethic. cap. 1. vlt. pecuniae est eius consumptio, & datio: retentio vero, & acceptio, eius est possessio. quae quidem verba ita Eustachius inibi interpretatur. Nec aliter enim locum nostras accipiunt, tamen Tiraquell. dict. numer. 103. eos prauis sensibus intellectus auctores esse arbitretur. Quarta ratio, quae probat vsuram esse contra ius naturale, ea est, quia pecunia de se non fructificat, nec parit, vnde accipere aliquid ultra sortem pro vsu rei, illicitum, & iniquum est, eo quod potius capatur ex industria aliena, quam de pecunia, quae non fructificat. Sic sane vsura apud Latinos dicitur, quia propter vsu sortis accedit. Fetus item quasi fetus, eo quod minus pariat, apud Graecos *ἄδω* quasi partus, & *εὐχρη* fecerant, quod eleganter explicarunt D. Basil. in psal. 14. & Greg. Nyssenusus *Hom. 4. in Eccl.* vnde Suid. ex Aristoph. in Nubibus inquit, vsuram esse feram quandam beluam de vepibus quae per menses & dies argenti semper gignit serpente tempore. Hinc & Plutarchus in problemat. cap. 121. vsurarum repetitionem *πυλοτόν* appellat, quam nos vsuram vsurarum dicitur.

dicimus. & Cicero lib. 3. ad Atticum, epist. vlt. Anatoximum nuncupante Clamare, inquit, omnes, qui aderant, nihil impudenter scapto, cui ceteris cum Anatoximo contentis non erat. & Anatoximum mentio ab eodem Ciceroe lib. 6. ad Atticum, epist. 3. & 4. est & optimus tex. vltima. Cod. de vsur. rei iudic. nam Iustinianus in vltima. Cod. de vsur. hunc Anatoximum in vniuersum aboleuit, de quo multa Carol. Molin. contr. ad. numero. 44.

Quinto apparet vsuram esse contra ius naturale, & eo iure prohibitam ex eo quod cum iure diuino Evangelico vetita sit, quemadmodum statim probabitur, deducitur manifeste eam iure & lege naturæ prohibitam esse. siquidem lege Evangelica nihil nec præcipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod non sit iuris naturalis legibus vel præceptu, vel prohibitu præterea quæ circa sacramenta, & fidei catholice articulos iustituta sunt, hoc etenim sapissimè ex Diuo Thoma tradidimus, præsertim in Empirone de sponsa. libro. 2. part. 2. cap. 6. §. 10. n. 1. his tandem & alius rationibus hanc sententiam asseruerunt veram esse Thomas 2. 2. qu. 78. art. 1. Ioan. Andr. in regu. peccatum. de regu. iur. in 6. col. 4. Conrad. lat. sime de contr. ad. qu. 20. conclus. 2. Scot. & frequentissimo omnium consensu Theologi in 4. sent. dist. 5. quest. 2. Dominic. Sot. de iustit. in 4. libro. 6. quaest. 1. artic. 1. licet has rationes conetur euertere Carol. Molinæ. de contr. ad. questio. 74. num. 328. Sed in communis sententiæ fauorè plurima ex auctoribus adduci possunt, maxime quod Aristoteles scribit libro 1. Politicorum, capit. primo. his equidem verbis. [de fœnor. tractatus ad distinctionem & discrimen eius commutationis quæ in Republ. censeri debet laudatissima propter eius vitiatem.] Illud contrahendis rebus accomodatam est, idemque vituperandum, nec iniuria: non enim natura id genuit, sed rerum vitio citroque contrahendarum ratio, iureque optimo in hominum odia incurrit, quoniam ipsa pecunia fractus eius est, nec ad permutandas res, cuius causa comparata est referitur. fœtus autem pecuniam auget, & amplificat, ex quo etiam nomen inuenit. Hactenus Aristotel. qui & 6. hoc idem vitium improbat, atque esse alienum à natura exilimat. idem lib. 4. Ethic. c. 1. ad fin. vsuram turpe lucrum, turpem quædam appellat, ac fœneatores pères esse cenlet latronibus, leonibus, depopulatoribus, & tyrannis. Sic & Cicero lib. 2. de offi. ad fin. inquit, Dare sub vsuris esse hominem occidere. Trannio fertus apud Plautum in Mostellaria, nullum inquit, fœdop, hodie genus est hominum tetrius, nec minus bono cum iure, quam danissimum Marcus item Cato in princip. de re vsur. Maiores inquit, nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem diuem exstimauerunt fœneratorem quam furem, hinc licet exilimari. hac Caro. linc & olim apud Romanos grauis contentio super tollendo fœnore, in qua Afellius prætor, qui id suadebat, occisus fuit à fœneratoribus, auctore Appiano Alexandrino, lib. 1. de bell. ciuili. quo in loco artem fœneratoriam vituperat.

Eandem appellat intolerabilem, veteremque pestem Plutarchus in Lucullo. qui & in libello de vitia. vsura. eleganter eandem improbat. Sed & Cofnelius Tacitus lib. 5. omnino sublatas, fuisse vsuras scribit, quæ tunc denuo variis fraudibus exortæ, paulatim consuetudine leges vincente ad centesimas peruenerunt.

Iure diuino veteris testamenti probatur, vsuram prohibitam esse Ezech. cap. 18. vbi Dominus de eo, qui ad vsuram deditur locutus ait, quod talis nõ viuere, sed morietur item Psalm. 113. inquit Propheta, non habitaturum in templo Domini eum, qui ad vsuram dederit cap. quoniam. 14. qu. 4. c. dand. qu. cap. si quis deditur. Ex nouo testamento passim adducitur vulgaris ille locus 1. Tim. 6. Mutuū date, nihil inde sperantes, quem in hunc sensum, vt crimè vsuræ sub præcepto, & mortalit culpe reatu prohibitu sit, Ecclesia Catholica interpretatur in ca. consuetud. de vsur. & probatur eodem tit. cap. quia in omnibus. & cap. super. eo tametiu quibudam visum sit inibi non probari vsuram iure Evangelico prohibitam esse, cum Christus Iesus potius prædidit verbis consulat, quam præcipiat, quod patet, quia in eo cap. Evangelica consilia traduntur, nempe de diligendo inimico, de prebenda percutienti altera maxilla, & præterea Christus non tradidit illud præceptum, vt nõ obtemperans puniatur, sed præmio sit indignus qui mutauerit, aliudve opus fecerit sub spe præmii & non gratis, vtcunque tamen sit, prior sensus ad vsuræ prohibitionem, vt pote ab Ecclesia quæ Spiritu S. duce scripturæ sacram interpretatur, receptus

omnino tenendus est, atque ita Theologi & Canonistæ frequentissimo omnium consensu existimant, vsuram iure diuino etiam Evangelico vetitã esse, pluraque ad hanc rem testimonia adducit Gul. Peraldus Episcop. Lugdunens. summa de vitis & virtutib. tom. 2. tract. de auaritia. c. 1.

Quod vero ad ius Pontificium attinet, non est immorandum cum passim huius constitutionibus vsura prohibita sit idemque crimè iure Regio satis est improbatum, maximis in vsurarios statutis pœnis, sicut alibi tractauimus. Sed an iure Cæsarium prohibita sint vsuræ, à perisque dubitatur, siquidem iure Pandectarum constat eas permissas fuisse. l. placuit. ff. de vsuris. & iure Cod. l. eos. Cod. eodem titulo. quam etiam Theologis, & Canonistis refragantibus defendere conatur Carol. Molinæus in tractat. de contr. ad. numero. 6. & numero. 36. modestius Bartol. & post alios, Iason in d. l. 1. Cod. de summa Trinitar. numero. 48. asseruerant, vsuras non esse iure ciuili prohibitas, tameti deberent omnino eodem iure prohiberi. idem Bartol. in authent. ad hoc. Cod. de vsuris. Imo vsuras prohibitas esse iure Authenticorum à Iustiniano Cæsare, tenent gloss. in aut. ad hoc. gloss. in dicit. quid in omnibus, & in c. quid dicam. 14. q. 4. quarum Opinio Communis est, secundum Abb in c. cum sit de foro competen. nu. 18. & eam defendit Fortun. illatio. 5. de vltimo sine iuris hi tamen ea videntur ratione, quod Iustinianus professor fuerit catholica fidei, & se admittere ac probare quatuor Concilia vniuersalia, & quibus Nicæna Synodus vsuras prohibuit, & eas esse, turpes ac aduersus sacram scripturam constante asserit c. quoniam multi. 47. dist. igitur & Iustinianus vsuras omnino vetiit.

Ego sane vsuras legibus Iustiniani permissas, & approbatas, vt licitas, fuisse opinor. easque leges improbas esse censeo, cum iuri naturali, & diuino refragentur. Nam & leges seculares vsuras permissas nullas esse, & earum latres, fautoresque principes ex communicari conitat in clem. 1. in princ. de vsuris. cuius constitutionis vltimo §. explicatur, cum hæreticum esse, qui pertinaci animo dixerit vsuras licitas esse. quod Cæstr. adnotauit libro. de hæresib. c. vlt. Hinc etiam a bitror, Iustinianum Cæsarem nusquam propriis sanctionibus vsuras reprobasse, licet Doctores communiter aliud existiment, huiusque opinionis, quam ipse teneo, auctores sunt Panor. in d. c. cum sit. num. 18. & Conrad. de contr. ad. qu. 22. conclus. 10. & 12. nec communis sententia probari potest, & ratione quod Iustinianus quatuor Concilia Ecclesie Catholice admiserit, & vt sacrosancta statuta, ea fore seruanda profiteatur. Non enim sequitur ex hoc, & vsuras ipsam reprobare, quæ per concilia damnentur, siquidem id ex tacita Cæsaris lege deducitur, quæ eiusdem expressis constitutionibus non derogat. Et præterea licet Iustiniani constitutio approbet concilia, non censetur prohibere ea quæ à conciliis prohibentur. Lex namque diuina Evangelica præcipit obtemperandum esse prælati, & Romani Pontif. constitutionibus, & tamen non omnia quæ Romanorum Pontificu decretis prohibentur, lege diuina prohibita sunt, vt constat de usu carnium, qui licet iustissima lege Pontificia quibusdam diebus prohibitus sit, non tamen lege diuina, & præcepto diuino vetitus censetur.

Hinc deducitur vera interpretatio text. in cap. 23. Deuteronom. vbi scriptum est, Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, sed alieno, quibus verbis quidam vtuntur ad probandum, vsuram non esse contra ius naturale, nihil etenim iure naturæ aduersum licuit vtriquam Iudæis. Et ideo quibusdam placet eum locum ita esse intelligendum, vt vsura Iudæis minime fuerit permilla, nec licita etiam erga alienigenas, sed tantum dissimulatione quadam ea permissio processerit, & concessa fuerit Iudæis ad maius malum effugiendum ob duritiam & auaritiam eorum, ne fratrib. ad vsuram pecunias mutarent. Sicuti & eis permissus est libellus repudij, atque in hunc sensum probarunt S. Thom. 2. 2. quest. 87. artic. 1. & ibi Caieta. Card. in Clement. 1. de vsur. §. vltim. quest. 13. & Conrad. de contr. ad. questio. 24. colum. 2. Holtien. in summa. tit. de vsuris. §. in aliquo vers. 8. & Anani. in ca. 1. de vsur. colum. vlt. Card. à Turre Crema. in c. vltim. 14. qu. 4. Domin. Sot. artic. 1. Aliis vero hac in re visum est inibi, vsuras permitti Iudæis propria permissioe & earu approbatione, non erga omnes alienigenas, & externos, sed tantum erga eos, quibuscum bellu iuste gerebant, quia tunc non possunt exactiones istæ dici vsuræ proprie, sed impropric, & potius iustæ exactiones, nempe ab his, quorum bona iure belli capi iuste possunt, secundum Diuum Ambrosium à Gratiano relatum in d. cap. vlt. 14. questio. 4. gloss. ibi, Florent.

2. part. tit. 1. cap. 7. §. 2. Ioan. Maiorem in 4. dist. 15. quæst. 29. Roman. sing. 265. Hippol. in l. 1. §. præterea. num. 65. ff. de quaestio. Socin. in reg. accipere ultra sortem, ad finem. Conrad. de contract. qu. 42. con. luf. 2. & Ioan. à Medina de acquisitio per usuram. & ad tertium argumentum. & licet Conrad. d. q. 42. con. luf. 3. Alex. Halens. 3. par. qu. 66. Gabriel in 4. dist. 15. qu. 11. & Carol. Molina. in consuetud. part. §. 1. gl. 9. num. 11. visum sit, tex. in d. cap. vit. non esse D. Ambrosij, sed cuiusdam alterius hæretici, idem tamen Carol. de contract. num. 9. asserit vere esse D. Ambrosij, locum eius minime adducens. Est enim caput illud apud Ambrosium lib. de Tobia cap. 5. & profecto hæc secunda interpretatio si accipitur, ut eam gloss. Rom. Socin. & Hippolyt. accipiunt, falsa est omnino secundum communem, auctore Anania in d. cap. 1. colum. vit. Nam licet mihi liceat bellum gerere, & capta in bello efficiantur captivis, sicuti alibi tractabitur, non tamen mihi licet cum hoste contractum inire, quia natura lege probatus sit potissimum, quia conventiones istæ iam non sunt cum hoste iure belli, sed iure pacis & commerciorum, sic non licet ab hoste emere rem, quæ illius propria est, priusquam iure belli capitur, carius iusto precio: & ita plane est respondendum communi omnium consensu. Erigitur hic secundus intellectus verus, quoties ab hoste accipitur usura, & retinetur in compensationem damni ab hoste iniusto & iniquo illati: vel ubi bona ab hoste possessa, sunt ipsius mutuantis, aut ad eum pertinent, quemadmodum bona & prædia hostium incoletium terram promissionis ad Iudæos pertinebant divina largitione, sic sane sententiam istam intellexere Conra. & Theologi paulo ante citati.

8. Secundo ex præmissis inferitur, nec ipsum Romanum Pontificem posse privilegio, dispensatione, aliove iure permittere usurarum exercitium, ita quidem, ut ex coactum sit, aut usurarius immunis reddatur a restitutione eorum, quæ male acquisiverit. Hoc probatur, quia nec summus Pontifex potest iuri naturali refragari, nec approbatione quâdam, aut eius auctoritate præmissa id permittere, quod est iure naturæ, aut diuino illicitum, quemadmodum satis in specie constat in ca. super eo. de usuris. quo in loco frequentissimo omnium consensu hoc adnotatum est. idè respondendum esse censio in principe seculari, & in quacunque consuetudine, utcunque immemorialis sit, propter eandem rationem, quemadmodum multis rationibus probare conatur Ioan. Andr. in dist. regul. peccatum. & omnium lauslime Conrad. de contract. qu. 25. 26. 27. & 28. Iaf. in l. 1. C. de summa Trinit. num. 54. Carol. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloff. 9. num. 19. quamvis Ancha. consil. 243. mem. 6. dubius tamen assueverat, posse Romanum Pontificem privilegio Iudæis permittere usurarum exercitium erga Christianos, idem satis firmiter probare conatur Alexand. consil. 1. & 3. ac consil. 107. lib. 2. post Paul. Castren. consil. 398. lib. 2. quem & Rochus Curt. sequitur de consuetud. fol. paruo 14. col. 2. quorum sententia omnino falsa est. Sic & Catholicorum Hispaniarum Regum extat constitutio, quæ 3. est. tit. 2. lib. 8. ordinar. [Vodie. l. 1. & 3. tit. 6. lib. 8. Recop. J. ubi privilegia à Regibus Iudæis concessa ad exercenda usuras, penitus reuocantur, ad idem faciunt tex. in Clem. 1. de usur. ubi Car. q. 15. & in cap. post miserabilem. & in c. quanto de usuris. quo fit, ut nec procedere possit reipsum Paul. Castren. consil. 195. & sequenti. lib. 2. Scribentis posse iuste Principes seculares negare ius repetendi a creditoribus Iudæis usuras iam per debitores solutas. hoc vere est contra tex. in d. ca. post miserabilem. & in dist. Clem. 3. quidquid etiam in fauorem Pauli Castren. dixerit Alexan. consil. 57. lib. 1. esset enim id tacite, & indirecte, & per obliquum usuras permittere, quod Conrad. ubi supra late improbat.

Postremo illud in hoc tractatu satis est controuersum, quod ab Vlpiano traditur in l. 3. §. vit. ff. de annuis legat. Si cui, inquit, certa quantitas legetur, & quoad præstetur in singulis annos certum aliquid, veluti usuras, iusserit testator præstari, legatum valet. Sed in usuris hætenus debet valere, quatenus modum probabilem usurarum non excedat. Hæc Iurisconsultus, qui palam insinuat, posse testatoris vltima voluntate usuras permittere, quæ tamen iure naturali, ac diuino passim improbantur. Quamobrem quidam ex nostratibus existimant hodie prædictum legatum nullum esse quo ad usuras, & eam annuam quantitatem in sortem principalem legati esse imputandam, quod placet Barto. & Lancelo. Deci. in d. §. vitim. Bartol. in l. cum stipulati. ff. de verborum obligation. Bald. in l. cum allegat. 10. opposit. C. de usur. & ibi Salyce. col. 2. Alexand. in l. d. norio in princip. col. 7. ff. soluto matrimonio. Anani. in cap. super eorum. 2. de usuris. Bartol. & Socin. in l. 2. ff. de his que pene

novin. Iaf. in l. 1. C. de summa Trinit. num. 59. Aymon consil. 89. Croc. in l. nemo potest. colum. 1. ff. de leg. 1. Socin. consil. 56. lib. 3. quo in loco scribit, hæc Opinionem esse Communem, quam sequitur Ioan. Lup. in capit. per vestras. 6. not. lib. num. 8. & 9. de donatis inter virum & vxor. cum enim hic usura constituitur, ut constat in dict. §. vitim. sicuti nec in contractibus est licita, ita nec in testamentis. Et sane dicti auctores loquuntur quando creditor seu legatarius potest sortem legatam statim exigere, si velit: nam dum eius exactioem asserit, eam quantitatem videtur hæredi sub vsuris mutuo dare. ideo Communis Sententia procedit, licet contrarium teneant Paul. Castren. in Rubric. ff. de his que pene nomin. & in l. 1. colum. penultim. C. de summa Trinitat. Roman. consil. 510. colum. 10. Alciat. lib. 5. par. ad. cap. vitim. Ioan. Gerson. in libr. de contract. col. antepenultim. Carol. Molin. in tractat. de usuris. quæst. 93. num. 483. Quasi in specie usura dici non possit hæc annua quantitas, cum ea non recipiatur causa mutui, sed ex voluntate legantis, ex qua & pene iulle recipi potest ob non solutum ab hærede legatum. hæc solummodo ratio tunc obtinet, cum pene simplex & fene committenda à testatore iniungitur. Bartolus vero loquitur ubi apponitur per dinumerationem temporis pene ob dilatam legati solutionem, quæ usura est, si veram eius rationem consideremus.

Quod si legatarius ratione iusti interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, velit hæc quantitatem annuam præcipua sibi habere, id meo iudicio iure ei permitendum est, cum ob ambiguitatem, & controuersiam cõmunis opinionis, tum ob ea quæ diximus hoc capite ad interpretationem tex. in ca. salubriter. tamen Ioan. Lup. contrarium censet in d. not. lib. 6. nu. 9. secutus Aret. consil. 152.

Sed ubi legatarius quantitatem sibi legatam petere non potest, nisi post certum tempus, atque interim testator certam annuam pensionem solum iusserit, id permittum esse censio abque usurarum labe, secutus Socin. in dist. l. 2. ff. de his que pene nomin. & Carol. Molin. dist. qu. 73. qui scribit hunc casum esse minus dubitabilem.

Eadem profecto ratione, si testator mille legauerit Titio ab hærede: ita quidem ut hæres habeat liberam facultatem fruendi, & retinendi dictam summam soluendo annuum moderatam pensionem ab ipso testatore definitam, & eam item pensionem redimendi soluendo summam principalem, opinor eam pensionem licite recipi, nec usuram posse dici, præsertim animaduersa communi annuorum reditu in capitione, quæ iure licita censetur, & præterea quia hic nulla potest ratio mutui, nec veri, nec ficti dari. Deinde legatum illud est alternatiuum data optione hæredi soluendi mille aureos, vel annuam pensionem, & ita equidem hæc opinionem defendit eleganter Carol. Molinæus dist. qu. 73. secutus Bald. in l. vitica. qu. 3. C. de his que pene nomin. & Paul. Castren. in dist. l. col. 3. C. de summa Trinitat. & eundem in dist. rubric. ff. de his que pene nomin. tamen & in hac specie usuram committi existimant Aretin. dicto consil. 152. Iaf. in dist. l. 1. nu. 59. & in l. vitica. C. de his que pene nomin. col. 2. Croc. in dist. l. nemo potest. col. 2. & Barba. consil. lib. secundo.

CAPVT II.

An teneatur, possitve licite Tutor pecuniam pupillarem fœnerare?

SVMARIA.

1. Quamuis Tutor non teneatur, nec possit pecuniam pupillarem in summa improdum dare, teneatur tamen eam expendere in empiriam pro aduersariis in aliam honesti lucri negotiationem.
2. Potest Societas ex omni pecunia, & industria alterius ita coiri, ut licite & annuus aqua lance communia sint.
3. Non potest pecunia alteri eo pacto dari, ut lucrum ex ea adquisitum communis sit, periculum vero ipsius imminuat excenti negotio, & tunc in aduersum intell. §. de illa Instiit de societate, & inibi singularia multa de societate bus omni generis.
4. Poterit nihilominus ea pacto valere, modo subuenit periculum, vel in ipso lucro maior pars cedat, vel aliunde merces suscepti periculi detur.
5. Nauticum sumus etiam iure Pontificio licitum est, & inibi late expenditur interpretatio c. nauiganti de usur.
6. An liceat fideiussori mercedem aliquam stipulari à debitore pro ipso esse fideiussoris?
7. Pactum legis commissoria non aliter licitum est fideiussori, quam si creditori.
8. Pacti legis commissoria materia, est fœneriter, compendit tamen exactionem natur.

Calarum